

Johann Anton Niemeyer

De Ervditione Synoptica Scholis Inferioribvs Pervtili : Commentatio Altera

Halae: Ex Officina Schneideriana, [1767?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862219493>

Druck Freier  Zugang






A. B.
48. 6. 91.


64


279
Fa-1092(64.1)

1) Sigis. Jac Baumgarten Institutionū Joh. Christoph. Ebel de hido Germanico
 Hermeneuticarum particula prima de Joach Hen. Regenhert Dissertati
 seu interpretatione scripturae sacrae medica de noxio et salutari effectu in
 2) Sigism. Jac Baumgarten Institut. Her- corpus humanum
 menentia particula secunda de sensu scripturae 15) Fridr. ellaxim. ellaxim. hic disserta
 sacrae tio philosophica de methodo scientiarum
 3) Sigism. Jac Baumgarten Institut. Her- eiusque applicatione ad linguas voceras
 menentia. particula tertia 16) Gothh. Fridr. Cestelo dissertatio de
 4) Sigism. Jac Baumgarten Institut. tribus voluptate avaritia et hy-
 Hermeneutic. particula quarta, quam perbia in philosophia elocari impleto-
 defendit August. Fridr. Albrath. bu inq. felicitate profliganda
 5) Joh. Sigism. Sommeri Dissertatio 17) Dav. Hen. Knappe de acido pra-
 Theologica prima de obfignatione Chri- quereivis animalis
 sti et credentium 18) Joh. Frid. Stiebrit Commemoratio
 Carl August Struensee Dissertatio Theo- Conatorum Hen. Guntberti Lupoli
 logica secunda de obfignatione Christi circa ecclesiae orientalis salutem
 et credentium 19) Carl Weidt de Asthmatis vera
 6) Gothh. Gust. Vh. de dissertatio Theologica pathologia et rationali therapia
 tertia de obfignatione Christi et credentium 20) Wilh. Ellath Bruno quo semper
 Carl August. Struensee meditationum dehar et non dehar ius naturae exponit
 philosophicarum de mediis cognitionem mortuam reddendi vivam disputatio
 mortuam reddendi vivam disputatio 21) Joh. Dan. Schramm animadver-
 siones in recentem rationis sufficientis
 prior Controversiam
 7) Joach. Just. Breithaupti epistolarum 22) Al. Sauterus Jacob Toertsch de
 Antipelagianarum pars secunda ubi pericoparum Evangelicarum in ecclesia
 8) Wilh. Christ. Just. Orylareri comen- is nobis
 tatio de Hetero non tam hypocrita 23) Christoph. August. Heurman de haereticis
 quam perstrictae frontis homine Sauterus in epistola ad Titum Cap. 12
 9) Moritz Haysa Gullianu. Orylareri 24) August. Bereser Michaelis dissertatio
 Dissertatio de loco Ioh. nary ecclesiasticis de beneficio a latere
 Georg. Beronii dissertatio de loco Ioh. 25) Jac. Oehneri Jac. Schmitti et Rudolf. Schenkleri
 com 711 Dissertatio physico-medico-mathematica de
 termino vitali

- 26 Joh Paul Sarrach exercitatio huius
de necessitate litteraturae univ^{er}sae
fuit
- 27 Sigism. Jac. Baumgarten Comen-
tatio historica Theologica de solemnita-
tibus Christo nato sacrorum originibus
- 28 Paul Ludov. Chryfander commen-
tatio Theologica de actionibus infidelibus
- 29 Joach Frid Leister meditatio huius
de cognitione Naturalis cum
Fanaticismo disputatio prior
- 30 Joh Valent. Albertini tria comen-
tationum quarum una agit de
infantibus supposititiis altera de nymphis
- 31 Joh. Ant. Chremier de eruditione
synoptica scholis superioribus perutili
commentatio altera
- 32 Joh. Ant. Chremier de eruditione
synoptica scholis inferioribus perutili
- 33 Carl Frid Brodhaag dissertatio
meditationes philosophicae de logica
scientiarum philosophicarum prima
- 34 Sigism. Jac. Baumgarten comen-
tatio ad difficiliora verba sumi
omnium
- 35 Martin Schmeihel enarratio solle-
mnium quibus memoria Christi
in lucem editi antiquitus celebrata est
- 36 Joh. Juncker de mensis dieque Christi
nati memoriae antiquitus univ^{er}sali
- 37 Joh. Christoph. Camerj de ell. J. Cicero-
nis Tusculana oratio
- 38 Joh. Alch. Gasteri Suetonius univ^{er}sali
- 39 Christ. August. Harfenii novi
projectus in historia electricitatis
- 40 Joh. Henr. Calenbergii Gramma-
tica linguae Graecae vulgaris
quae hodiernae ecclesiae Graecae
vernacula est in tabulis synopticis
- 41 Joh. Henr. Calenbergii Paradigma
linguae Graecae quae hodiernae eccle-
siae Graecae vernacula est
- 42 Bern. Schulthii Grammatica
Indo Persica quam Joh. Henr.
Calenberg edidit addita praefatio-
ne de suscipienda barbararum lin-
gularum cultura.







DE ERVDITIONE SYNOPTICA
SCHOLIS INFERIORIBVS PERVTILI
COMMENTATIO ALTERA.

QVA SIMVL AD

LVSTRATIONEM PVBLICAM

IN PAEDAGOGIO REGIO

DIE XXVIII ET XXIX MART. MDCCLXVII.
HABENDAM

ET

MISSIONEM SOLEMNEM
QVORVNDAM SELECTI ORDINIS CIVIVM

PRAESENTIA SVA COHONESTANDAM

AVDITORES SPECTATISSIMOS

OFFICIOSE INVITAT

IOANNES ANTONIVS NIEMEIER

PAEDAGOGII REGII HALENSIS INSPECTOR.

HALAE,

EX OFFICINA SCHNEIDERIANA.

DE ERVATIONE SYNOPTICA
SCHOLAE ANTERIORIS PRRVTHI
COMMENTATIO ALTRA

1774

LYSTRATIONEM PVBICAM

IN PRAEDICATIO REGIO

DIE REGIUM VITAE MORTALITATE

MISSIONEM SOLIMNEM

QVORVNDAM SELECTI ORDINIS CIVIVM

AVDITORES SPECTATISSIMOS

OFFICIOE INVITAT

IOHANNES ANTONIVS NIBELER

REGIUM VITAE MORTALITATE


HATIA

EX OFFICINA SCHEIDTIANA





uum denuo quidam adsint, ex selecto apud nos ordine, iuvenes florentissimi, quorum honestam missionem indicere, vltimisque, quas quidem inter nos habebunt, orationibus, studia Auditorum seriptione quadam publica conciliare, antiquus mos iubeat; tale argumentum reliquis anteferendum esse duximus, quod arctiorem quandam haberet cum rationibus emolumentisque iuvenum, qui apud nos ad academiam maturescunt, cognationem, quam multa alia, quae eligi quoque non incommode potuissent. Atque hanc ob causam non alienum ab hoc nostro proposito videtur, eam, quam superioribus annis inchoavimus telam, in praesenti continuare. Adumbrare vero eo tempore conati sumus quasdam utilitates, quas expectare possent ab eruditione synoptica scholae inferiores. In tres autem partes nostra illa abiit commentatiuncula, quarum primam sibi inquisitio, quid sit eruditio synoptica, alteram enumeratio utilitatum quarundam inde proficiscentium, et tertiam expositio cautionum vindicabat in tractando hoc studio necessariorum. Atqui vero cum breviter tantum et *ως ἐν συνόψει* de hoc ipso argumento et praecipue de prima illius parte, cui cum partibus eruditionis res fuit, actum sit, illam iam vberius exponere et *modos quosdam et sententias nonnullas*



nullas virorum eruditorum in constituendis eruditionis partibus colligere nobiscum constituimus. Subiungemus hifce sententiis diatypoſes quasdam, quas delinearunt viri eruditi de omni eruditionis ambitu et quaſi ditione, vt variae, quas nonnulli illorum ſecuti ſunt rationes, eo facilius perſpici poſſint.

§. I. Generatim ergo ſi omnem eruditionis orbem partesque quibus conſtat contemplamur, per viciffitudines quasdam illius faciem mutatam eſſe, aliamque priſtinis temporibus, aliam ſubſequentibus et recentioribus aliam induiſſe formam, oppido parebit. Habuit enim et habet iam nunc multum commune cum illo, quem inhabitamus terrarum orbe, qui, quod conſtat, non vnam ſemper eandemque faciem partiumque rationem retinuit. Atque hic quidem terrarum orbis, ſi ſpatium illud, quod antiquiſſimis temporibus inhabitatum fuit, reſpicias, finibus admodum anguſtis concludabatur. Sed haec mutata ſunt. Poſt enim ſaecula termini moti ſunt, ſunt novae regiones detectae et cultae, hic flumina et maria tentata ibi, montes vallesque et quaecunq; regiones habebant, novis uſibus accommodata. Multa tamen inculta, incognita multa relinquebantur. Iam vero ſi hanc mutatam orbis faciem cum priore contendimus, major omnino apparet, etiamſi praeter Aſiae quasdam provincias, regionibus tantum mari medio adiacentibus, oris nimirum Europae et Africae maritimis, contineri videretur. At vero longo deinde temporum intervallo crevit in immenſum, quod fuerat ante parvum et exiguum. Regiones enim aut parum antea aut plane non cognitae deteguntur, tractusque complures quorum culturam neglexerat ſocordia hominum egregie coluntur, colonorumque utilitatibus varie inſervire coguntur. Hac ratione multo amplior videtur hodierna telluris noſtrae facies, quam qualis ſuperioribus illis atque adeo priſcis fuerat temporibus. Quae quidem etiamſi ita ſint, bene tamen multae quoquoeverſum ſuperſunt regiones, quarum curatiore cognitione egemus, et in regionibus ipſis, quas cultas et cognitatas reputamus multa re vera ſuperſunt ſollertiori indagatiōe digna. Iam vt ad id ea, quae diximus, transferamus, cuius cauſſa dicta ſunt, eruditi orbis regionumque quibus litterarum diſciplinæ omnes quaſi continentur, ſimilis proſuſ ratio eſt. Vt enim antiquiſſimis illis temporibus admodum anguſtum arcumque ſcientiarum ambitum deprehendimus, ſic poſtmodum mirum

rum in modum fines suos longe lateque prorulit litterata civitas. At subsequenter saeculis, cum torpor et incuriosa bonorum suorum ignavia plurimum animos occupavisset, tum vero si ab vna forte alterave scientia, aegre caput hic ibi extollente, discesseris, invndata barbarie immo aeterna glacie constricta videbatur omnis eruditionis ditio, donec tandem saeculis abhinc tribus faustissimo omine nova illi et quasi rediviva lux arrideret, qua effectum est non modo, ut ad pristinum splendorem eruditio revocata sibi quasi redderetur, verum etiam magis in dies omnia perficerentur amplificarenturque.

§. 2. Ut autem sigillatim nonnulla disputemus, quae propius absunt ab argumento quod excutiendum sumimus, ad enumerandas et constituendas eruditionis partes accedimus, in quibus duplicem animadvertere liceat rationem, quarum *vna* a tempore, *altera* a virorum eruditorum sententiis pendet. Illa partes eruditionis refert, quas prae caeteris coluit quodvis excellens aevum, haec sententias virorum doctorum et modos quos in constitutione, collocatione et distributione harum partium secuti sunt, sequitur. De utraque ergo ratione quaedam dicemus, ita tamen ut in illa pro rerum copia, brevioribus, in hac longioribus esse liceat.

§. 3. Atque *primum* hoc momentum paucis expediri poterit; aberraturi enim de via essemus, si longius illud profequi vellemus, quam hunc laborem illis integrum servare debeamus, quorum historia litteraria campus est. Repetere ergo animo illas sufficit eruditionis partes sive scientias, quas coluerint prae reliquis et antiqua et media et recentiora tempora, quae tria tempora si tenere iubent, qui ortum et progressum, incrementa et fata disciplinarum descripserunt. *Antiqua* tempora omne illud annorum spatium complecti volunt, quod a condito mundo ad Constantini M. tempestatem tenditur. Hoc vero ingens spatium, quod MMMMCCC annos continet, quatuor epochis (ut artis vocabulo vtar) constare docent, quarum prima ab Adamo vsque ad Noachum i. e. ab a. m. I-MDCLVI. altera vsque ad Thaletem i. e. ab a. m. MDCLVI-MMMCCCC. tertia vsque ad Augustum Imp. aut potius Servatoris nostri aurea tempora i. e. ab a. m. MMMCCCC-MMMM. quarta denique vsque ad Constantium M. progreditur, adeoque per saecula III. priora



post Christum natum pertinet. a) Quaevis harum epocharum alium praebet atque alium eruditionis circulum. Eruditionis antediluvianae orbem, si quis amplum, vastum, immo vastissimum praedicare conaretur, illum commentitias res anilesque fabulas pro certis habere aut ignorare oporteret:

quid distent aera lupinis.

Habuerunt quidem, quos prima aetas progenuit homines sua studia, suasque artes; quae vero quod erudita, quod excolta, quod exposita, vocari non mereantur, de eo ne ambigunt quidem viri eruditi, quicquid etiam ingenii luxuriantis lusus in contrariam partem Sisyphio labore protulerit. b) Idem paene valet de illo eruditionis circulo, qui spatio post diluviano vsque nimirum ad Thaleris tempora tribuitur. Arctus ille fuit atque angustus, nec fere quod scientiae nomine dignum esset, si ab Aegyptiis, Chaldaeorumque numeris, imprimis vero a Iudaeorum sanctioribus disciplinis discesseris, vsquam reperiebatur. Sub finem vero huius epochae, quum Aegyptiorum sapientia cum Graecis imprimis hominibus coepa esset communicari, laetiores sibi formam polliceri iure poterat eruditio. Aderant quidem his temporibus, quod inficias certe nemo oculatior ibit, multae disciplinae apud Aegyptios, reliquis sapientiores, verum in cunis quasi vagiebant omnes, donec a Graecis aliisque gentibus nutritae magis et evectae fuerint. Sed post multas tandem aristas, post lustra multa e fasciis, quibus involutae tenebantur, evolui potuerunt. Sufficit hoc loco monuisse, apud Aegyptios Geometriae, Architecturae,

Phi-

a) Legi hac in re possunt, qui literariam historiam methodo *analytica* scripserunt, quae quid sit et quomodo a *synthetica*, quam Gottl. STOLLIVS et Georg. PASCHIVS &c. secuti sunt, differat, docet V. f. R. Chr. Aug. HEVMANNVS in *Consp. reipl. lit.* c. 2. §. 2. et 4. Emineret inter illos Pet. LAMBECCII *Prodomus histor. litt. cur.* I. Alb. Fabricio, nisi inde ab exitu Israelitarum ex Aegypto vsque ad an. Chr. 1659. meras scribendorum delineationes exhibuisset, quae tamen hac in caussa vtiliter satis vsurpari possunt. Alios adhuc adfert HEVMANNVS l. c. Prae reliquis vero nominandus hoc loco est, V. Cel. M. Ioh. Andr. FABRICII Tom. II. et III. *des Abrisses einer allgemeinen Historie der Gelehrsamkeit.* Leipz. 1752. und 1754. &c.


b) Iac. Frid. REIMMANNI *Einleitung in die Historiam litter. antediluvianam.* Halle 1709. et laud. Fabricius Tom. II, p. 1-42.



Philosophiae, medicaeque artis, vti et apud Chaldaeos Astronomiae studia prae reliquis tractata fuisse. c)

§. 4. A temporibus vero Thaletis f. ab a. m. MMMCCCC vsque ad Augustum Imper. eximio et excellenti plane modo eruditionis ditio atque ita dilatata est, vt antecedentibus et plurimis subsequenteribus palmam omni iure praeripuerit. Hac enim aetate, poeseos, philosophiae, oratoriae, historiae, geometricae, astronomiae, musices, salutarisque artis studia, primo a Graecis, deinde post a nimirum MMMDCC a Romanis nobili fervore exulta sunt. Ex hac enumeratione patet, quot quibusque praecipue partibus eruditionis orbis ea tempestate absolutus fuerit. Sed vnum monere non fuerit alienum. Quum eruditio omnis, scientiis quibusdam vniuersalibus, quas quidam inferiores appellant, et quibusdam superioribus, quas speciales alii nuncupant, constat; patet veteri orbi cum illis vniuersalibus f. inferioribus, ad quas nostri homines eruditionem instrumentalem, tam verbalem, quam realem f. Philologiam et liberales artes referunt, rem inprimis fuisse, neququam tamen prima eruditionis principalis f. superioris parte, nimirum Philosophia exclusa, vt pote quae omnia tunc temporis plena erant. Philologia majus quoddam apud Romanos quam Graecos domicilium habuit; artes vero liberales a Graecis primordia ceperunt, quae deinde a Romanis magno sunt honore habitae. In Philosophiae studio theoreticae aequae ac practicae, maxima omnino laus Graecis debetur, quippe qui principes sunt, qui hanc scientiam artis forma induerunt, qua si reliquas scientias, praesertim superiores, induere potuissent, tunc omnino accederet illorum eruditio prope ad illam, qua recentioribus saeculis sibi gratulatus est orbis eruditus. Post Augusti tempora vsque ad Constantinum M. sensim decrevit eruditio et per gradus retro eundo, coarctatus est illius circulus, etiamsi sanctiori doctrina et deinde Jurisprudentiae primordiis publicis aucta esset. Quo propius ad finem ventum esset antiquorum temporum, eo magis consenuerunt omnia. Philosophiae forma mutabatur et artium liberalium studia eo, quem mentur, loco haberi desinebant. Cuncta quae aderant, infelicem fore saecu-

c) FABRICIUS lic. c. Tom. II. §. 209-221. Iac. BRÜCKERI *Fragen aus der philosoph. Hist.* Tom. I. Charl. ROLLIN *Histoire ancienne* Tom. I.



saeculorum subfequentium, quae media vocantur, fortunam, haud dubie portendebant. d)

§. 5. Ad *media* vero haec eruditionis tempora id refertur saeculorum spatium, quod a Constantino M. vsque ad litterarum palin-genesiam s. ab a. Chr. CCC - MD. effluxit. Tricolor illud pronuntiant viri, qui historiam litterariam consignarunt. Aliam enim eruditionis faciem fuisse a Constantino M. vsque ad Arabum et Saraceno-rum inexpectata studia, nimirum ab a. Chr. CCC-DCCC, aliam sub illis ad Scholasticorum nationem vsque, nempe ab a. DCCC-MCC, atque aliam denique recte contendunt ab horum temporibus, vsque tandem post XIV paene saeculorum tractum, exoptata illa litterarum studiis lux exoriretur, qua vitam quasi novam novumque robur acquirere. Etiam si taedeat de hisce saeculis, quorum plurima horrida, sterilia atque effoeta appellari mereantur, multa adferre, hoc tamen atque illud, quod ad argumentum nostrum facit, praeteriri non poterit. Post Constantini M. fata, quum reliquae iam silere inciperent, hic ibi tamen in Theologiae et Jurisprudentiae scientias, impenderunt aliquam operam illius aevi homines: post vero barbararum gentium in regiones occidentis factam irruptionem, quum superstitio disciplinas in sacras s. divinas et profanas sive saeculares abire iussisset, obmutuerunt haec cum illis omnes. Quas ergo praeter reliquis numeremus scientias diligentius cultas, vix ac ne vix quidem reperire possumus. Vnae supersunt liberales artes, e quibus praeter nomen oppido pauci multum succi et sanguinis retinuerunt. A saeculo VIII-XII. Arabes coeperunt repudiatas aut neglectas a pluribus Europae gentibus scientias gremio fovere suo: verum et hi praeter mathe-
seos, philosophiae, astrologiae et medicinae studia, reliqua intacta reliquerunt. In occidente vero omnis eruditionis circulus septem contorquebatur liberalibus artibus, quas si omnes tractassent, felices praedicandos fuisse censemus illos; verum vix vnam alteramve satis cultam deprehendes. e) A saec. XII. vsque ad renascentes litteras tyrannidem

d) Iac. BRUYER lib. c. Tom. II. III. I. Andr. FABRICIUS lib. c. §. 222 sq.
Ioh. Laur. MOSHEMII *Instit. histor. eccles.* Tom. I

e) Nota sunt *Trivii* et *Quadrivii* s. *Quadrivii*, (si magis barbara placent) nomina, quibus omnis scientiae ambitus concludebatur, ita quidem, ut *trivium* artes (logi-

dem exercuit stupendam Scholasticorum male sana cohors, quae bonis litteris, quanto detrimento fuerit, exprimi vix poterit. At vero propositi memores, subsistamus hoc loco, ne abrepti in alium orbem videamur, quam quem contemplandum nobis sumimus. Vnum tamen idque ingens opus superest, cuius mentionem non facere, nefas esset. Tenendum ergo, his ipsis lugubribus temporibus, quorum tractum, interregnum vocat et velut litterarum deliquium Maresius, scintillam esse excitatam, vnde deinceps eximius quidam fervor ortus, ad ulterius progrediendum in eruditione, quam antea factum erat, studia hominum accenderit. Originem putamus scholarum publicarum, quarum Parisiensis saec. XII. prima habetur, quae deinceps Vniversitates et Academiae appellatae sunt. Hae vero Academiae, quae sub originem liberalium artium studio sacrae videbantur, sequentibus temporibus expositionem theologiarum disciplinarum receperunt, quibus postmodum Jurisprudentiae doctrina, Imperatorum iussu, adnexa fuit, cui extemplo, ne detrimenti quid caperet, Juris sui canonici scientiam Pontifex R. immiscuit. Postremo vero tempore, et Medica scientia locum in illis haec est: ex quibus omnibus, quatuor illae, quae et nostris

cas) *quadrivium* vero disciplinas (mathematicas artes) pro temporis illius opinione comprehenderet. Nota hac de re sunt, quae sequuntur:

Gramms. loquitur, *Dia.* vera docet, *Rhet.* verba colorat:
Mus. canit, *Ar.* numerat, *Geo.* ponderat, *Astr.* colit astra.

Ex *trivio* nimirum, quod scholis trivialibus nomen indidit, et Grammaticam, Dialecticam. s. Logicam et Rhetoricam exprimere debebat, vna, ad summum altera absoluta fuit. *Quadrivium* vero, quod mathematicas disciplinas, Musicam nimirum, Arithmeticam, Geometriam et Astronomiam complectitur, saepe certe numero, ne primis quidem labris degustatum fuit. Quem ergo sibi eruditionis circulum hi homunciones efformarunt, illum delineatum putamus in epitaphio, quo tumulum Doctoris vniuersalis i. e. Polyhistoris *Alani de Insulis*, qui a. MCCIII. diem suum obiit, referente Bruckero l. c. Tom. V. p. 1060, condecorarunt,

Alanum brevis hora, brevi tumulo sepelivit,
Qui *duo*, qui *septem*, qui *omne* scibile scivit,
Scire suum moriens dare vel retinere nequivit.

Vbi Bruckero bene monente, *duo* scientiam theologicam et philosophicam s. eruditionem divinam et saecularem denotant: philosophiam vero omnem strigosa sua metaphysica plane absolvi, firmiter sibi persuadebant,



nostris temporibus obtinent Facultates enatae sunt et cum illis nova eruditionis partitio. Verum ab omnibus hisce Academiis per trecentos paene annos parum salutis in ipsas litteras profectum est; ita enim erant comparatae, vt Maronianum illud accommodari his posset:

interque nitentia culta

Infelix lolium et steriles dominantur avenae.

Laetior messis temporibus recentioribus videbatur reservata. f)

§. 6. Tempora haec *recentiora*, quae inde a renatis litteris, nimirum ab a. Chr. MD. aut potius cum aliis, a capta Constantinopoli et artis typographicae inventione, vsque ad nostram hanc aetatem elapsa sunt, tandem alium, novum, vastum, immo vastissimum eruditioni orbem aperuerunt. Aliam enim his tribus saeculis litterarum studia formam, alium locum acceperunt. Verum per vicissitudines quasdam et haec acta sunt, quum ad squalorem illum situmque, quem per XIV et quae excurrunt saecula sibi contraxerant, abstergendum, vnum alterumque lustrum nequaquam sufficeret. Quatuor ergo possunt diversae epochae constitui, quae propter accessiones diversis his periodis ab orbe eruditionis factas, aliam atque aliam ipsius eruditionis eiusque partium faciem ob oculos ponunt. Prima illarum a renascentibus litteris i. e. ab a. MCCCCL. vsque ad Lutheri laeta faustaque tempora porrigitur. Hoc spatio philologiae et omnium ingenuarum artium egregie vigeant studia; sed disciplinae superiores adhuc sub iugo gemebant. Altera a Lutheri aetate s. a. MDXVII ad annum vsque MDC. seu potius ad Francisci Baconis Verulamii tempestatem progreditur. Huic periodo, quae Numinis benignissimi gratia fuit, puritatem coelestis doctrinae debemus, ex cuius emendatione dici non potest, quantum bonorum in reliquas omnes derivatum sit. Tertio, post Verulamii tempora, nimirum saeculo hoc nostrum praecedente, et Medicina et Jurisprudencia novas vires acquisivit, vtraque novis disciplinis iisque curatius expensis, aucta. Philosophia vero a compedibus, quibus misere constricta tenebatur, liberari nondum potuit. Haec ergo supererat et praeter illam multa in reliquis eruditionis partibus, quae novis multisque emendationibus egebant. Atque

f) HEVMANNVS C. r. p. litt. c. 4. § 24 sq. I. Andr. FABRICIVS lib. c. Tom. II. §. 248 sq. Herm. CONRINGIVS diff. de antiq. acad. Oper. Tom. IV. p. 423 sq.


que has quidem fere omnes destinaverat supremum Numen quartae, de qua locuti sumus, epochae, illi nempe, quae ab exitu saeculi superioris sive a primordiis Academiae nostrae Fridericianae ad nostram usque aetatem perrexit. Huic enim scholae, quae vicissim illis, quae post illam conditae sunt, civitatibus litterariis facem praetulit, quid acceptum referant viri oculatiores doceat Heumannus, g) qui denique, inquit, a. 1694. *Halenfis academia condita est, cui quidem certe litterae pleraeque omnes imputare debent maximam partem suae sanitatis. — Halensis vero sapientia, in caeteras quoque Germaniae nationes lumen suum dispersit, iamque multa credere et docere pudori est Professoribus, quae et credere et docere sanctum habebatur patrum nostrorum memoria.* Nostris ergo temporibus plane alium eruditionis orbem et ambitum conspiciamus, quam quem superioribus aevis cognoverunt ii, qui litterarum studiis operati sunt. Attamen vero etiamsi haec ita sint, cave tamen credas, absolutum iam opus esse consummatumque laborem. Bone Deus! quam multa supersunt, quae in eruditionis penetralibus latent, quae nondum detecta et si detecta fuerint, nondum exculpta, nondum expolita. Quod si effectum fuerit, tunc rursus aliam eruditionis ambitus habebit faciem. Sed satis iam linearum, quas de eruditionis partibus, *temporis* ratione habita, duximus, aut potius ab aliis ductas, denuo collectas, expressimus. b)

§. 7. Jam ad alteram, de qua supra locuti sumus *diversitatem* accedamus, illam nimirum quae a variis virorum eruditorum sententiis proficiscitur, quas in constitutione et collocatione eruditionis partium sequuntur. Hae verò illorum sententiae multiplicēs sunt, immo pae-ne innumerae videntur, si non tantum, quas de omni eruditione universim alunt opiniones, sed sigillatim eas quoque consideramus, quas de distributione cuiusque partis principis amplectuntur rationes. Quae vero, si omnem illarum ambitum perlustramus, ad duas potissimum classes revocari posse videntur. Vel enim ipsae, quae comprehendendae sunt, scientiae spectantur, vel eorum ratio habetur, qui illis debent

B 2

g) in *Consp. r. p. litt. c. 4. §. 55.*

b) Superfedemus plures adferre, quam quos laudavimus supra scriptores; plurium nomina et scripta noscere qui vult, adeat *STRUVII biblioth. hist. aut HEUMANNI Consp. reipl. lit.*




imbui, id quod iam olim monuimus in Program. *de eruditione synoptica scholis inferioribus perutili*. Priorem illam *obiectivam*, alteram *subiectivam*, si scholae vocabulis vti licet, (licet vero) salutare posses; quibus et tertia ratio ex his duabus temperata adiungi posset atque *eclectica* appellari. Quaevis vero harum trium classium iterum novas formas habet, novosque modos, ex quibus novi dissensus proveniunt.

§. 8. Ad primam igitur classem quod attinet, habemus, qui enarrarunt quidem, sed sine accuratiori ordine disciplinas, neque ob oculos posuerunt rationem, qua vna sub altera comprehendatur, atque hanc ob causam longe absuit a pretio illorum labor. Mirum ergo tantam adest virorum catervam, hanc qui semitam legerunt, neque id superioribus tantum saeculis, sed his ipsis, quae vivendo attingimus lustris. *i*) Sunt alii, quibus alia series, nimirum ea arrisit, qua a IV ordinibus f. Facultatibus academicis desumitur: quae etiam si multos sectatores habuerit, nequaquam tamen caret naevis iisque eximiis. Procul enim abire hac lege iubentur omnes illae eruditionis partes, quae in academiis locum non habent, aut non tractantur, quarum vero, quod constat, non est contemnendus numerus, quas quidem ex eruditionis regno eiectione ire, nefas ducimus. *k*) Sunt denique alii, qui missis his duabus rationibus, expeditius rem hanc omnem tractarunt, totumque eruditionis orbem perlustrantes, his

i) Ideam huius divisionis, ut illos taceamus, quorum mentio adhuc fiet, vel ille potest esse libellus, qui Hamb. 1712 prodit, inscriptus: *die ganze Gelehrsamkeit überhanpt*. Proxime adest ab instituto huius auctoris Sam. GROSSERI q. Gymn. Goerl. R. *Gründliche Einleitung zur wahren erudition*. Tom. I. II. *Dresd.* 1700 et. Ioh. Iust. FAHSII R. q. Clausthal. *Atrium eruditionis, oder Vorgemach der Gelehrsamkeit*. *Gossl.* 1718. &c.

k) Vberius exponuntur haec, praeter H. CONRINGII *diff. de antiq. acad.* supra iam. not. f. laudatas, in *Observ. Halens.* Tom. VI. obs. XV. quae Iac. Thomasio tribuitur, deinde a Chr. THOMASIO in *progr. de ortu et progressu quatuor facultatum*, quod fascic. *program. et orationum* ipsius insertum est; porro a I. P. a Ludewig *historia quadripartitae eruditionis*, quae Opusc. miscell. Tom. II. lib. 2. c. 2. continetur. tum quoque a I. Dav. DIETERICI in *disp. de non adaequata eruditionis in quatuor facultates divisione*. *Wittenb.* 1730.



his illis regionibus quasi maximis illum constare contenderunt, ad quas minores provincias, quasvis suo ordine retulerunt. l)


§. 9. Altera classis, nimirum subiectiva eruditionis partitio iterum habet suas species; quod mirum non est, cum is, qui erudiri vult homo, diverso respectu possit considerari. Hinc enascitur illa partium eruditionis series, quae a iuventute educanda incipit et ad omnes disciplinas pergit, quae ad quaevis aetatis spatia, futuraeque vitae condiciones pertinent. m) Alia est quae secundum tres intellectus facultates eminentiores, memoriam nempe, phantasiam et rationem formatur. n) Alia cum hac potest componi, quae triplicem hominis cognitionem, nimirum historicam, philosophicam et mathematicam pro fundamento totius divisionis habet. o)

B 3

§. 10.

- l) Eminent inter illos I. H. ALSTEDIVS, de quo infra & inter recentiores Vir Cel. I. Nicol. FROBESIVS in brevi et dilucida systematis pansophici s. encyclopaediae delineatione, delineationi system. philos. Wolfiani subnexa. Helmst. 1734. Tribus partibus contineri docet V. C. omnem eruditionem Historia, Philosophia et Philologia, quarum quaelibet suum vicissim habet ambitum &c.
- m) Exemplo esse possunt et illa delineatio Nexus omnis eruditionis, quam Vir Gen. Fr. Iac. de RYSSSEL Catalogo bibliothecae Gen. Parentis I. Iac. de RYSSSEL praefixit. Vittenb. 1742. et ii, qui in propaedeuticas et strictae sic dictas disciplinas omnem eruditionem dispecisci debere volunt; cuius distributionis auctor est Pythagoras, qui multos deinceps nactus est imitatores. I. I. Bruckeri *Fragen* Tom. II. p. 114 sq.
- n) Post vnum atque alterum hoc dividendi modo ita usus est excellens illud orbis eruditi fidus, Franciscus Baco VERVLAMIVS vt auctor illius videri possit. Ille partes principes totius eruditionis, memoria, phantasia et ratione ducibus, Historiam habet, Poesin et Philosophiam, quod fusius exposuit in tract. *de dignitate et augmentis scientiarum* lib. 2. et Oper. p. 43 sq. Pressis illum pedibus nuperrime secuti sunt auctores gallici operis: *Dictionnaire encyclopedique* &c. quod ex schemate libro praefixo, apparet, de quo infra &c.
- o) Hanc triplicem cognitionem pro norma habet auctor libelli: (qui V. Cl. I. Fr. SVLZERVS Prof. Berol. creditur) *des kurzen Begriffs aller Wissenschaften, worin die natürliche Verbindung aller Teile der Gelertheit gezeigt wird.* Leipz. 1745. quod vero

com-




§. 10. Tertia classis superest, quam electivam vocare liceat, quaeque iterum suas formas habet; quum, qui ad illam pertinent, vel ex prima, vel ex altera classe plura mutuuntur, vel ad utramque pari oculorum acumine respiciant. p) His vero non amplius immorabimur, quum ea, quae ad adumbrationem harum classium attulimus, sufficere iam possint. Superfunt quidem adhuc bene multae aliae rationes, quae ad vnam alteramque classem aegre tantum possunt revocari, sed missas has facimus vna cum reliquis formis, quae adiungi ad classes iam denominatas possent. Quum autem tantamprehendimus sententiarum varietatem in constituendis generalibus seu principibus eruditionis partibus, quantam putamus fore in collocandis componendisque partibus minus principibus? Has vero hoc loco adferre et seiunctim excutere, nostrum non sit, quia, quantum fatis est, illae conspici possunt ex sylloge exemplorum, quam subiungere dictis constituimus, confisi fore, ut res, quam attigimus, luculentior evadat, magisque in oculos illorum incurrat, quos propter susceptus hic labor est.

§. 11. Eset fortassis operae pretium, si omnes hi variique partitionis modi, quos quaevis aetas protulit, delineatione quadam sub vno adpectu ponerentur, possent quoque a nobis, paene omnium illorum diatypothes, quarum nomina recitavimus et infra recitatum ibimus, colligi vnoque quasi fasciculo comprehendi, nisi id scriptionis huius

compendium a puerili compendiolo, nimirum: *kurzer Inbegriff aller Wissenschaften zum nützlichen Gebrauch eines Kindes von drey bis sechs Jahren* Berl. 1756. egregie disert.

p) Exempla infra conspicias. Inter illos, qui hac via incesserunt, primo loco nominandus est M. Ioh. Andr. FABRICIUS, cuius mentionem supra fecimus. Illius distribuendi modum videbis Tom. I. *des Abrisses einer allgemeinen Hist. der Gelehrf.* p. 7. 66. 200. 332. 423. 307. 556. 596 sq. Omnem ille eruditionem duabus partibus contineri iudicat, eruditione scilicet principali et instrumentali: hanc esse vel instrumentalem verbalem, vel realem; verbalem, Philologiam, realem cognitionem liberalium artium dici. Principalem iterum esse vel vniuersalem, quo Philosophia stricte sic dicta spectat, vel specialem, quo Theologiam refert, Jurisprudentiam, Medicinam et Mathesin. Mathesin, quae pag. 7. Medicinam excipit, p. 423 eruditioni principali vniuersali sive Philosophiae stricte sic dictae, subjungit.



huius limites longe excederet efficeretque vt mole laboratura effet sua. Placet ergo praecipuarum tantum harum distributionum delectum instituere q), ita vt et temporis et sententiarum virorum eruditorum ratio, quantum fieri poterit, habeatur.

§. 12. Antiquis temporibus, iis nimirum, quae Thalete et Pythagora facibus, Graeciam omnem perlustrarunt, philosophia idem denotabat, quod postmodum eruditio. Haec tribus partibus, Theologia nempe, Physica et Politica absolvebatur. Acroamatica s. arcana, et exoterica s. publica illorum doctrina et methodus, iam nihil ad nos. Pythagoram ipsum aedamus, qui quum eruditionem sive philosophiam respicit, duas constituit partes, nimirum

- | | |
|---|---|
| <p>I. <i>Propaedeuticas</i>; quo refert</p> <ul style="list-style-type: none"> a. Arithmetica. b. Geometria. c. Musica. d. Sphaericam s. Astronomiam. <p>II. <i>Stricte sic dictas</i>; quarum duplex genus est.</p> <ul style="list-style-type: none"> a. practicarum, quo pertinet α. Paedeutica s. Ethica. | <ul style="list-style-type: none"> β. Politica. <p>b. Theoreticarum, quo refert</p> <ul style="list-style-type: none"> α. Theologiam. β. Physicam, quae abit in <ul style="list-style-type: none"> 1. Cosmologiam. 2. Pnevumaticam. 3. Medicinam, quae comprehendit <ul style="list-style-type: none"> aa. Dialecticam. bb. Therapeutica. |
|---|---|


Socrates, Plato, Aristoteles et post illum Stoici secus senserunt. Socrati cum Metaphysica, quam pro Theologia naturali habebat, cumque Ethica res erat. Plato vero tres scientias principes habet,

I. Dia-

q) Faciunt ad hanc rem omnes ii scriptores, qui de *encyclopaedia*, *cyclopaedia*, *panfophia*, *polymathia*, *artibusque liberalibus* scripserunt, quorum notitia, si cui placer, hauriri potest, ex Martini LIPENII *) *Conr. q. Halensis* (1659) tandem (1672) Lubecc. *Gymn. Bibliotheca Philosophica*; Georg. Matth. KOENIGII, Altdorf. Prof. ad an. vsque 1699. *Bibliotheca veteri et nova*. et celebrat. Dan. Georgii MORHOFFII *Polyhistor litter.* Tom. I. lib. 1. c. 21. lib. 2. c. 7. Tom. II. lib. 1. et I. Andr. FABRICII *Abriss.* Tom. I. not. praec. et qui huius generis facile princeps est, Ioh. Nicol. FROBESII *delineatione system. panfoph.* cui delineationi, primas, (vt ipsius verbis utar, *bibliothecae panfophicae lineas*, adnexuit, ex qua quaedam colligemus, quaedam addemus.

*) Vitam ipsius descriptam exhibet, praeter IOECHERI *Gelehrten Lexic.* V. G. Ioh. Christ. a DREYHAUPT *Hallsche Chronik*, Tom. II. p. 640.

Mitti-

I. *Dialecticam*, ad quam refert

- a. Apodicticam seu doctrinam de veritatibus certis.
- b. Epichirematicam, de probabilibus.
- c. Rhetoricam, de persuadentibus Enthymematibus.
- d. Sophisticam, de callide ad circumveniendum excogitatis ratiociniis.

II. *Theoreticas* disciplinas,

- a. Theologiam.
- b. Physicam.
- c. Mathesin.

III. *Practicas*, nimirum

- a. Ethicam.
- b. Politicam.
- c. Oeconomicam.

Supereft summus Aristoteles, cuius sententia, vna cum ipso per multa saecula principatum tenuit. Hic a quo ex parte septenarius liberalium artium numerus, quarum statim mentio fiet, pender, omnem scientiarum ambitum tribus partibus, nimirum disciplinis instrumentalibus, theoreticis et practicis constare asserit. r)

I. *Instrumentales* sunt

- a. Grammatica, reliq.
- b. Logica, cuius partes sunt
 - α. analytica, de certis
 - β. topica, s. dialectica de probabilibus veritatibus.

a. Physica.

b. Metaphysica s. Theologia naturalis,

III. *Practicae*,

- a. Ethica.
- b. Politica.


c. Oeconomica.

II. *Theoreticae* sunt

§. 13. Temporis ratio ideam exigeret seriei disciplinarum mediis saeculis vitatae; verum quum sterilis admodum hic ager sit, quod inde colligamus, non habemus. Trivium et Quadrivium sive septem liberalium artium circulus cuius (§. 5. n. e.) mentionem fecimus, demulsi istud mortaliū genus. Post renatas litteras, crevit litteris operantium et cum illis partitionum numerus. Quas habuit delineationes orbis eruditionis inde ab an. MD. vsque ad an. MDCXX illas paene omnes perlustravit et in vnum quasi corpus collegit I. H. ALSTEDIUS, vir eximiae sedulitatis, quam propter per anagr. saepius SEDVLITAS cognominatus est. Illius diatyposin confestim ob oculos ponemus, si vnam prius *Ioannis a Wower* de artibus liberalibus de-

r) Legi merentur, quae hanc in rem adfert I. BRUCKERVS l. c. Tom. V, p. 608-617. et I. Andr. FABRICIUS l. c. Tom. I, p. 339. quorum quisque testes suos, eosque multos adhibet.

Mittimus hoc loco ARISTOTELIS *scripta logica, rhetorica, poetica, physica, &c.* aequae ac PLUTARCHI *opera* et AVGVSTINI *de ordine* lib. 2. vna cum M. AVR. CASSI ODORI lib. de VII. *disciplinis*. Quos praeter eos, quorum mentio iam facta est et (§. 14.) fiet, nominemus libros, hi fere sunt.



delineationem exhibuerimus, quam, si volupe est, conspicias, in ipsius *de Polymathia tractatione ed. Iac. Thomasio*. Polymathiae, quae ipsi variarum rerum cognitio est, duo statuit capita, nempe artes liberales et scientiam s. doctrinam, quam in ipsa rerum inquisitione sitam esse adfirmat. c. 28.

ARTES LIBERALES

A. *Tres logicae*, quae sunt

I. *Grammatica*, cum sua antecursoria Grammatistica, cuius duplex munus.

α. informanda voce ad lectionem et pronunciationem.

β. in directione manus ad 1. scriptionem.

2. computationem. Grammatica vero ipsa triplex est

a. technica s. methodica.

b. exegetica,

α. in verbis.

β. in rebus, hinc Grammatica historica, quae triplex est.

1. mythica s. fabularis de personis, rebus, locis.

2. vera, eaque vel vniversalis vel particularis.

3. quasi vera, s. Comoedia et Tragoedia.

c. Critica,

II *Dialectica*.

III *Rhetorica*.

B. *Quatuor Mathematicae*.

IV. *Arithmetica*.

V. *Musica*.

VI. *Geometria*.

VII. *Astronomia*. s)

C

§. 14.

s) Varias virorum eruditorum sententias de artibus liberalibus collegit Auctor *Observ. IV. Observat. Halenf. Tom. I.* qui Iac. THOMASIVS putatur. Promisit idem §. 16. historiam artium liberalium in duo capita dispescendam, in quorum primo illarum faciem ante Augustinum descripturus esset, in secundo quacnam fuerit Augustiniⁱ de iis sententia, et qui eum per singula saecula secuti sunt, philosophorum: quae tamen historia in observationibus ipsis non reperitur. Quantopere vero viros doctos iusta et commoda earum artium descriptio et distributio exercuerit, quae verbis antiquis continentur:

Lingua, tropus, ratio, numerus, tenor, angulus, astra:


Rus, nemus, arma, faber, vulnera, lana, ratis.

(i. e. agricultura, venatoria, militaris, fabrilis, chirurgica, textoria, nautica ars) hoc docet *Observ.* haec IV. et Io. Andr. FABRICIVS *Tom. I. p. 200 sq. 207 sq.*

Mart. Mineus Felix CAPELLA, *de nuptiis philologiae et Mercurii* libr. II. Lugdun. Batav. 1599.

CAPELLA Hugoni Grotio et hic illi celebritatem conciliavit. GROTIUS enim an-

no



§. 14. IOH. HENR. ALSTEDIUS. (Herborn. et Weissenburgi in Transilu. Prof. Theol. et Philos. qui a. 1638 obiit) totus in encyclopaedia fuit, atque tum *Panaceam philosophicam i. e. facilem, novam et accuratam methodum docendi et discendi universam encyclopaediam*. Herborn. 1710. tum *scientiarum omnium encyclopaediam IV Tom. comprehensam* Lugd. Batav. 1649. edidit. Post quorum labores in se suscepit onus suum encyclopaedicum, discas ex praefatione Tom. I. Encyclop. praefixa, qua laudat, Ioachimum FORTIVM Ringelbergium, „ in Encyclopaedia; Hieron. CARDANVM in libb. de subtilitate „ itemque, de varietate rerum; Theodor. ZWINGERVM in theatro „ vitae humanae; Pet. RAMVM in professione regia; AVTOREM „ margaritae philosophicae et catenae scientiarum; Thom. FREIGIVM „ in Paedagogo; Anton. POSSEVINVM in bibliotheca selecta; Gregorium THOLOZANVM (Tolosanum) in syntaxi artis mirabilis; „ Cornel. GEMMAM in Cyclognomicis; Iac. LORHARDVM in Heptade philosophica, WOWERIVM in Polymathia; Matthiam MARTINIVM in encyclopaedia; Barthol. KECKERMANNVM in systemate systematis; Clement. TIMPLERVM in systemate methodico; Roberd. FLVD. (al. de Fluëtibus) in Macrocosmo et Microcosmo; Iohannem COLLE de idea et theatro imitaticium et imitabilem ad omnes intellectus, facultates, scientias et artes. etc. Encyclo-

no aetatis XIV MINEI, qui saec. III p. Chr. n. floruit, *encyclopaediam* edidit, notisque illustravit, quae fertilissimi ingenii prima quasi specimina fuere. MORHOF. lib. c. et Observ. Hal. Tom. VII. obs. XV.

M. Iohannis RIVII *loci communes philosophici. Tom. I. Glauchae, suburbio salinarum saxonicarum* 1580.

Frustra quaesivimus hunc librum, eo nomine nostratibus praesertim commendandum, quod *Glauchae* nostrae iam 1580 typis exscriptus sit. Habet hunc annum MORHOFIVS lib. I. c. 21. §. 115. et cum illo FROBESIVS. VIRIGEN. vero I. C. a DREYHAVPT *Hallische Chronic* Tom. II. p. 56. annum 1570 et pag. 700, qua rivianae vitae fata enarrantur, annum 1579. exhibet. In quo vero anno hallucinatus sit typographus, libro ipsi destituti, expedire non possumus. Simili errore in FROBES. delin. p. 40. *Altendorpiensis* vocatur, quum verius eum MORHOFIO et DREYHAVPTIO *Atthendorpiensis* exscribendus fuisset.

Wolfgangi RATICHII *Encyclopaedia*, pro didactica *Ratichii*. Coethen. 1619. e typogr. ducali. *Töchers Gelehrte Lexic.*

Iani

cyclopaediae ipsi, quam methodica comprehensione rerum omnium in hac vita homini discendarum s. breviter: vniversitate τῶν γνωσκῶν absolvi credit, quatuor praemittit praecognita omnium disciplinarum, nempe HEXILOGIAM s. doctrinam de habitibus intellectualibus, TECHNOLOGIAM s. doctrinam de habitudine ac ferie disciplinarum, ARCHELOGIAM s. doctrinam de principiis disciplinarum et DIDACTICAM s. doctrinam de studio disciplinarum. Sequitur series ipsa disciplinarum.

SERIES DISCIPLINARVM

I. Vnius materiae, vnde disciplina alia est

A. Proprie sic dicta s. totalis.

II. Liberalis, & quidem

AA. Inferior s. ministra.

a. Philologica, & quidem

α. pura, nempe.

1. Sermocinatrix, de vocum

aa. Significatione: *Lexica*,

bb. Assignificatione.

a. pura: *Grammatica*,

b. ornata: *Rhetorica*.

2. Ratiotinatrix: *Logica*,

β. mixta.

1. *Oratoria*,

2. *Poetica*.

b. *Philosophica* & quidem

α. Theoretica.

1. generalis: *Metaphysica*,

2. specialis.

aa. de substantia

a. spiritali: *Pneumatica*.

b. corporea: *Physica*.

bb. de accidente: *Mathematica*,

a. pura.

αα. *Aritmetica*

ββ. *Geometria*.

b. media: de

αα. quantitate

1. in genere: *Cosmographia*,

2. in specie:

C 2

Vra-

Iani Augusti VOCELII: *Aristoteles integre resolutus* s. *Encyclopaedia*. Lips. 1626.

Christiani GVEINZII, Rect. q. (1627) *Gym. Hal. Encyclopaedia*. Hal. sax. 1647.

Hallsche Chronic. Tom. II. p. 622. sq. refert Gueinzium hunc spatio (XXIII.) annorum 35000 discipulos instituisse.

Petri MEYDERLINI *Compendium encyclopaediae Alstedianae*. Studtgard. 1661.

Ioh. Henrici BISTERFELDI, Nasslovii, *Isagoge encyclopaedica*. Basil. 1662 et *Bisterfeldus redivivus*. Hagae Com. 1661.


Ioh. Christoph. WAGENSEILII *Pera librorum iuvenilium*. Altdorf. 1695.

Dieter. Henr. KEMMERICHII *Neu eröffnete Academie der Wissenschaften*. Tom. I. II. III. *Leipz.* 1711.

Ioh Georg. WALCHII *Entwurf der allgemeinen Gelehrsamkeit*. *Leipz.* 1718.

Godofredi Polycarpi MÜLLERI *Academische Klugheit*. Tom. I. II. *Frckf. und Leipz.* 1718.

Ioh. Matth. GESNERI *Primae lincae Isagogoes in eruditionem vniversalem: nominatim Philologiam, Historiam et Philosophiam*. Goet. et Lips. 1756.



Vranometria.

Geographia.

ββ. qualitate.

1. *Oprica.*

2. *Musica.*

β. practica:

1. generalis: *Etbica.*

2. specialis: de societate

aa. prima: *Oeconomica.*

bb. orta:

a. *Politica.*

b. *Scholastica.*

BB. Superior f. *uzx. x. x.*

N. Divina: Theologia:

doctrina reddens hominem sapientem et prudentem ad vitam aeternam, est

1. generalis.

a. naturalis.

b. supernaturalis, atque haec

α. *Synoprica* f. *Catechetica.*

β. *Diexodica*, eaque magis

a. Theoretica, nimirum

1. *Didactica*, quae exprimit locos communes theologicos.

2. *Polemica*, quae defendit locos communes.

b. *practica*: Theologia casuum.

2. specialis: vbi est Theologia

a. *prophetica*, cuius partes sunt

α. Rhetorica ecclesiastica.

β. Politia ecclesiastica.

b. *moralis*: de officio hominis christiani in statu

α. oeconomico.

β. ecclesiastico.

γ. politico.

δ. scholastico.

2. Humana, eaque duplex

AA. *Jurisprudencia*: ars aequi est:

a. civilis.

α. generalis, cuius

a. finis externus, procurare vt

servetur aequitas civilis: internus, tradere praecepta iuris, eaque interpretari, vbi interpretationis fons est

1. Jus naturae.

2. Gentium.

3. Divinum.

4. Civile.

b. media respiciunt reipublicae.

aa. originem in fundatione quae pendet.

αα. a materia, vti sunt civiles personae, quarum potestas

1. publica: ecclesiastica et politica.

2. privata: domestica et administrativa.

ββ. a forma, quae posita est in vnione et communione civili.

bb. statum

αα. integrum, eius' nempe

1. conservationem.

2. amplificationem.

ββ. turbatum, vt ille sanetur per poenam et iudicium, cuius species

a. publicum l. privatum.

b. civile l. criminale.

c. ordinarium l. extraord.

β. specialis.

a. vetus, vbi excellit Jurisprudencia.

1. Mosaica.

2. Romana.

b. nostro temporari accommodata

b. *ecclesiastica.*

α. generalis,

β. specialis.

a. vetus.

1. simplex.

Mosaica.


Christiana.

Antichristiana.

2. mix-

2. mixta.
- b. nostro tempori accommodata.
- BB. *Medicina*: ars bene curandi fanitatem, eaque est
- a. generalis, explicans finem, subiectum et media
- aa. communia media, quae proponantur in *Medicina*.
- a. *Physiologica*.
- b. *Diaeterica*.
- c. *Semiotica*.
- d. *Pharmaceutica*.
- β. propria media.
- a. Sanis, ubi est
1. *Hygieina*.
2. *Prophylactica*.
- b. Aegris: *Therapeutica*.
1. *Nosologica* s. *Pathologica*.
2. *Chirurgica*.
- b. specialis ratione
- aa. Hominis, quantum ad locum, aetatem, conditiones &c.
- β. bestiarum.
- B. *Illiberalis*, s. complexus artium mechanicarum, quae variis modis dividuntur.
- a. ex fine, sunt enim utiles ad vivendum absolute, commode, decore, et iucunde.
- aa. absolute, ut est
1. agricultura, sub qua
- vinicultura.
- horticultura.
2. pastoritia.
3. venatoria, sub qua
- piscatoria.
- aucupium.
4. molinaria.
5. pistoria.
6. coquinaria &c.
- β. commode, ex quibus iterum quaedam.
- a. praestantiores, ut ars
1. typographica.

2. militaris.
3. architectonica.
4. compactoria librorum.
5. mercatura rerum non fordidarum.
- b. minus praestantes, ut sunt
1. metallica: eaque
- aa. praeparatoria, ut ars metalli fossorum; metalli politorum; bracteariorum.
- bb. elaboratoria: auri-ferri-stanni-cupri-fabrilis.
2. lignifabrilis quaelibet, ut ars arculariorum; clinopegorum; vietorum; carpentariorum.
3. lanitaria et linaria, eaque
- aa. praeparatoria, ut ars carminariorum: textoria, fullonia, sericariorum.
- bb. confectoria, ut factoria quaelibet.
4. lapicidaria.
- c. viles ac sordidae, eaque l.
1. coriaria, quae vel
- aa. praeparans, ut ars alutariorum: rubrorum etc.
- bb. conficiens.
1. futoria
2. pellionum ars.
3. ephippiaria.
2. purgatoria quaevis, ut balneatorum, barbitonforum &c.
- γ. decore, ut est ars
- a. pictoria.
1. calamo.
2. penicillo.
3. acu.
- b. caelatoria.
- c. sculptoria.
- δ. iucundae, ut ars
- a. cantoria, vocalis.



instrumentalis.

- b. cupidinaria &c.
 b. *ex numero septenario* s. versu,
 qui §. 14. n. 5. exhibetur.
 c. *ex collatione*.
 a. cum artibus liberalibus,
 b. inter sese.
 d. *ex collatione mutua* &c.
 B. *Improprie dicta* s. *partialis*,
 vt sunt partes nobiliores variarum
 disciplinarum, proprie dictarum. e.g.
Archologiae: Mathematica genera-
 lis &c.
Philologiae: *Grammaticae*: Ortho-
 graphia &c.
Philosophiae:
theoreticae: *pneumaticae*: Angelo-
 graphia &c.
practicae: *Ethicae*: Aretologia &c.
Theologiae: theologia positiva: ca-

techetica &c.

Jurisprudentiae: Jurisprudentia
 Romana &c.
Medicinae: Pathologia &c.
Artium liberalium: vt *Horometriae*:
 Gnomonica &c.

II. *Variae materiae*, vnde dif- ciplinæ compositæ, cæque

- a. proprie dictæ, vt
 1. Mnemonica,
 2. Historica,
 3. Chronologia,
 4. Architectonica &c.
 b. improprie dictæ,
 vt reliquæ farragines discipli-
 narum e. g.
 apodemica, de modo recte pe-
 regrinandi
 critica &c.

Atque hæc quidem est Alstedii Technologia, ex qua apparet, non sine iniuria ipsi nimiam subtilitatem in constituendis eruditionis parti-
 bus, vitio verti.

§. 15. Aequalis fere Alstedio fuit VERVLAMIVS, illud Angliæ lumen, qui quum in partitione eruditionis novam viam tenta-
 vit, dignus haberi posset, vt adumbrare illius tentamen conaremur, nisi iam id nuperrime factum esset ab auctoribus gallici operis: *dictionnaire encyclopédique*, supra iam §. 6. n. f. laudatis: qui exacte legerunt Verulamii vestigia, hic ibi nova addiderunt. Gallica quidem lingua expresserunt tabulam Tom. I. præfixam, cuius vero quum periti sint plerique, præsertim in scientiarum nominibus, eadem lingua exhibebimus, quem illi exhibuerunt

ORDINEM DISCIPLINARVM.

Système figuré des Connoissances humaines.
Entendement.

I. *Memoire (Histoire)* II. *Raison (Philosophie)* III. *Imagination (Poésie)*

I. *Histoire. Memoire.*

A. *sacrée.*


a. ecclesiastique proprement dite.

b. histoire des prophéties.

B. *civile.*

a. histoire civile propem. dite.

a. Mé-



- α. Memoires.
 β. Antiquités.
 γ. Histoire complete.
 b. histoire litteraire.
C. naturelle.
 a. Uniformité de la nature.
 α. histoire celeste.
 β. histoire.
 1. des Météores.
 2. de la terre & de la mer.
 3. des mineraux.
 4. des végétaux.
 5. des animaux.
 6. des éléments.
 b. Ecart de la Nature.
 1. Prodiges celestes.
 2. Météores prodigieux.
 3. Prodiges sur la terre & la mer.
 4. Mineraux monstrueux.
 5. Végétaux monstrueux.
 6. Animaux monstrueux.
 7. Prodiges des éléments.
 c. Usages de la nature. Arts.
 Métiers. Manufactures.
 1. Travail & Usages de l'or & de l'argent.
 Monnoyeur.
 Batteur d'or.
 Fileur d'or.
 Tireur d'or.
 Orfevre.
 Planeur.
 Metteur en oeuvre &c.
 2. Travail & Usages des pierres fines précieuses.
 Lapidiaire.
 Diamantaire.
 Iooallier &c.
 3. Travail & Usages du fer.
 Grosses forges.
 Serrurerie.
 Taillanderie.
 Armurerie.


- Arquebuserie &c.
 4. Travail & Usages du Verre.
 Verreries.
 Glaces.
 Miroitiers.
 Lunetier.
 Vitrier &c.
 5. Travail & Usages des Peaux.
 Taneur.
 Chamoiseur.
 Peaussier.
 Gantier &c.
 6. Travail & Usages de la Pierre; du Plâtre de l'ardoise &c.
 Architecture pratique.
 Sculpture pratique.
 Masson.
 Couvreur &c.
 7. Travail & Usages de la Soie.
 Tirage.
 Moulinage.
 Ouvrage comme Velours.
 Droguets brochés &c.
 8. Travail & Usage de la Laine.
 Draperie.
 Bonneterie &c.
 9. Travail & Usages &c.

II. Philosophie. Raison.

A. Science de Dieu.

- a. Théologie naturelle.
 b. Théologie révélée.
 Religion, d'où per abus superstitions.
 6. Sciences des Esprits bien & malfaisans.
 Divination.
 Magie noire.
 Science de l'ame.
 raisonnable.
 sensitive.
 Pneumatologie, ou science de l'esprit ou Metaphisique particuliere.

B. Sci-



B. *Science de l'homme.*

¶ I. Logique.

a. *Art de penser.*

α. appréhension: science des idées,
β. jugement: science des propositions,

γ. raisonnement: induction.

δ. Méthode: démonstration; analyse, synthèse.

b. *Art de retenir.*

α. Mémoire.

1. naturelle.

2. artificielle.

a. prénotation.

b. emblème.

β. Supplément de la mémoire.

1. Ecriture.

2. Imprimerie.

a. Alphabéth.

b. Chiffres.

arts d'écrire,

d'imprimer.

de lire, de déchiffrer:

Orthographe.

c. *Art de communiquer.*

α. Science de l'instrument du discours:
Grammaire.

a. Signes.

1. Geste: Pantomime & Déclaration.

2. Caractères idéaux: hieroglyphiques.

héraldiques ou Blazon.

b. Profodie.

c. Construction.

d. Syntaxe.

e. Philologie.

f. Critique.

g. Pédagogique:

Choix des Etudes.

Manière d'enseigner.

β. Science des Qualités du Discours.

a. Rhétorique.

b. Mécanique de la Poésie, ou, Verification.

¶ II. Morale.

a. générale: science, du bien & du mal en général: des Dévoirs en general, de la Vertu, de la nécessité d'être vertueux &c.

b. particulière: science des Loix ou *Jurisprudence*,

α. naturelle:

Architecture civile.

β. oeconomique.

a. Architecture navale.

b. Commerce interieur, exterieur, de terre, de mer.

γ. militaire.

a. Tactique.

b. Fortifications ou Architecture militaire.

c. Pyrotechnie militaire.

C. *Science de la Nature.*

¶ I. Métaphysique generale, ou Ontologie, ou science de l'Etre en general. de la Possibilité. de l'existence. de l'étendue. de l'impenetrabilité. de la durée &c.

¶ II. Mathématiques.

a. pures.

α. Arithmétique.

a. Numérique.

b. Algèbre.

1. élémentaire.

2. infinitésimale.

aa. différentielle.

bb. integrale.


β. Géométrie.

a. élémentaire.

b. transcendant.

b. Mixtes.

α. Mécanique.



- a. Statique
 - 1. Statique proprement dite.
 - 2. Hydrostatique.
- β. Dynamique.
 - 1. Dynamique propr. dite. Ballistique.
 - 2. Hydrodynamique.
 - aa. Hydraulique.
 - bb. Navigation.
- β. Astronomie géométrique.
 - a. Cosmographie.
 - 1. Vranographie.
 - 2. Géographie.
 - 3. Hydrographie.
 - β. Chronologie.
 - c. Gnomonique.
- γ. Optique.
 - a. Optique proprement dite.
 - β. Dioptrique: Perspective.
 - c. Catoptrique.
- δ. Acoustique.
 - a. Pneumatique.
- ζ. Art de conjecturer. Analyse des Hazards.
- c. *Physicomathématiques.*
- C. Physique.
 - a. Générale.
 - b. particulière.
 - α. Astronomie physique: Astrologie: astrologie judiciaire; physique.
 - β. Météorologie.
 - c. Cosmologie.
 - 1. Vranologie.
 - 2. Aërologie.
 - 3. Géologie.
 - 4. Hydrologie.
 - d. Botanique.
 - 1. Agriculture.
 - 2. Jardinage.
 - e. Minéralogie.
 - β. Zoologie.
 - 1. Anatomie simple.

- comparée.
 - 2. Physiologie.
 - 3. Médecine.
 - aa. Hygiène.
 - α. Hygiène proprement dite.
 - β. Cosmétique.
 - Orthopédie.
 - γ. Athlétique.
 - Gymnastique.
 - bb. Pathologie.
 - cc. Semeiotique.
 - dd. Thérapeutique.
 - α. Diète.
 - β. Chirurgie.
 - γ. Pharmacie.
4. Vétérinaire.
5. Manège.
6. Chasse.
7. Pêche.
8. Fauconnerie.

D. Chimie.


- a. Chimie proprement dite.
- b. Métallurgie.
- c. Alchimie. Teinture.
- d. Magie naturelle.

III. Poesie. Imagination. Profane. Sacrée.

- a. Narrative.
 - α. Poème épique.
 - β. Madrigal.
 - γ. Epigramme &c.
- b. Dramatique.
- c. Parabolique.
- Allégories.
 - * * *
 - a. Musique.
 - 1. théorique.
 - 2. pratique.
 - 3. instrumentale.
 - 4. vocale.
 - β. Peinture.
 - c. Sculpture.
 - d. Gravure.

D

§. 16.



§. 16. Post VERVLAMII libr. de augm. scient. Ioh. Christ. LANGII Prof. q. in acad. Gieff. *Protheoria eruditionis universae*. Gieff. 1706 celebrata fuit. Verum multa adfecta, multa intacta reliquit in libro, bono alioquin animo, conscripto. Illius de partibus eruditionis sententiam nitide expressit. V. C. Ioh. Pet. REVSCHIVS in System. Logico p. 48 sq. id, quod vberius et ipso LANGIO multo vtilius factum est a CHRIST. IVNCKERO, Altenb. Gymn. q. Dir. in *lineis primis eruditionis universae*. Altb. 1714. qui omnem hanc rem p. 2. sq. facilem et perspicuam reddere studuit.

PARTES ERVDITIONIS HABITVALIS.

sunt vel I. *principales* s. quatuor facultates superiores nimirum Theologia cuius finis est *cultus pietatis religiosus*; Jurisprudencia; cuius finis est *cultus socialitatis officiosus*; Medicina, cuius finis est *cultus sanitatis fructuosus*; Philosophia; cuius finis est *cultus idoneitatis studiosus* vel II. *minus principales*, quae aliquid, sed non nisi leviter, ad veram eruditionem conferunt.

I. Theologia, quae distinguitur resp.


- a. primae originis in
 - α. archetypon.
 - β. ectypon.
- b. statuum hominum, in Theologiam
 - α. viatorum.
 - β. comprehensorum.
- c. principiorum in
 - α. naturalem.
 - β. supernaturalem.
- d. obiecti tractationis in
 - α. dogmaticam, credenda.
 - β. practicam, agenda.
- e. modi tractationis in
 - α. biblicam, s. exegeticam.
 - β. ecclesiasticam, quae testimoniis ecclesiae nititur, estque vel
 1. patristica, ante papatum
 2. scholastica sub papatu
 3. symbolica post et extra papatum crassiozem.

f. Discentium in

- α. cateheticam.
- β. acroamaticam.
- g. adplicationis ad certa obiecta in
 - α. homileticam, s. concionatoriam.
 - β. casuisticam, s. consultatoriam et conscientiarum.
 - γ. asceticam s. exercitatoriam.
 - δ. paraeneticam s. adhortatoriam.
 - ε. epanorthoticam s. correctoriam.
 - ζ. paralecticam s. consolatoriam.
- h. scholarum theologiarum in
 - α. academicam.
 - β. mysticam.

II. Iurisscientia, quae distinguitur respectu.

- a. Legislatoris in
 1. divinam.
 2. humanam.
- b. promulgationis legum distinguitur
 1. divina in



- α. naturalem; *Ius Naturae.*
- β. positivam, in verbo divino.
- γ. humana, in eam quae est
 - α. intris scripti.
 - β. non scripti s. consuetudinarii.
- δ. obiecti realis, in
 - 1. ecclesiasticam, estque vel
 - a. *Canonica*, apud Pontificios.
 - β. *Consistorialis*, apud Protestantes.
 - 2. politicam s. civilem.
- d. obiecti personalis & quidem.
 - 1. generalis in
 - a. uniuersalem s. communem hinc: *Ius Gentium.*
 - β. particularem.
 - 2. specialis in
 - a. publicam.
 - β. privatam.
 - 3. specialissima, realis, personalis in
 - a. comitalem.
 - β. provincialem.
 - γ. urbicam s. statutariam.
 - δ. personalem.
 - e. diversae tractationis in
 - 1. legislatariam.
 - 2. interpretariam.
 - 3. adplicariam.
 - 4. consultariam.
 - 5. iudiciariam s. forensē, sic ut tota *Iurisprudētia* comprehendat in se *Fura* Personarum, et Rerum & Actionum.

III. *Medicina, dividitur resp.*

- a. modi,
 - 1. empiricam.
 - 2. methodicam.
- b. modi, quo docetur, in
 - 1. systematicam,
 - 2. aphoristicam.
- c. praxeos, eiusque fundamenti, in
 - 1. formularem.
 - 2. iudiciolam.


- d. modi praeparationis medicamentorum in
 - 1. Galenicam.
 - 2. Hermeticam, Paracelsisticam, Helmontianam, Chymicam.
- e. hypothesium variarum in
 - 1. spiritalem, s. pneumaticam.
 - 2. corpuscularem s. mechanicam, s. atomisticam.
- f. finis in
 - 1. porphylecticam.
 - 2. therapeuticam.
- g. subiecti in
 - 1. Physiologicam.
 - 2. anatomicam.
 - 3. hygiasticam.
 - 4. nosologiam s. pathologiam.
 - 5. semioticam.
 - 6. prognosticam.
- h. mediorum in
 - 1. dialecticam.
 - 2. pharmaceuticam.
 - 3. botanicam.
 - 4. chymicam.
 - 5. chirurgicam.
 - 6. mineralem.

IV *Philosophia, cuius species sunt respectu*

- A. *Philosophiae principalis et quidem*
 - 1. Theoreticae, tum
 - a. generalis: *Metaphysica, s. Ontologia.*
 - b. specialis, quae agit vel
 - α. de substantiis & quidem.
 - 1. spiritualibus: *Pneumatica.*
 - 2. corporeis: *Physica.*
 - β. de quantitativibus: *Mathesis.*
 - B. Practicae et quidem
 - a. activae, quae respicit
 - α. officia hominis: *Erbica*
 - β. officia boni civis: *Politica.*

D 2

γ. offi-



- y. officia boui patris familiae:
Oeconomica.
 b. factivae, f. operariae omnes
Artes Mechanicae.
 B. *Philosophiae minus principalis,*
 f. *instrumentalis, f. Philolo-*
giae et quidem
 M. Rationis: *Logica.*
 S. Sermonis: eiusque
 a. puritatis: *Grammatica, f. Critica.*
 b. elegantiae: *Rhetorica et Poe-*
tica.
 c. ordinis et perspicuitatis: *Ora-*
toria et Dialectica.
 C. Rerum singularium: *Historia,* quae
 est ex circumstantiis.
 a. Loci: *Cosmographia,* cuius par-
 tes sunt.
 u. *Geographia.*
 y. *Topographia.*
 b. Temporis: *Chronologia.*
 c. Personarum: *Geneologia.*
 d. Insignium: *Heraldica.*

Sed subsistere hoc loco ipsa argumenti copia cogimur, quod absol-
 vendum, futuro, si Deo placet, tempori, reservamus. Revertamur
 ergo ad eos, qui scriptionis huius ansam dederunt. Adsumt nimi-
 rum quatuor ornatissimi iuvenes, quorum duo post rite confectum
 in classe nostra suprema *annuum* cursum, emigrare a nobis ad acade-
 mica studia, suorum voluntate volunt. Primus illorum **CAROLVS**
AVGVSTVS Madai, Halensis, CELEBERRIMI et EXPE-
 RIENTISSIMI PARENTIS vnicus superstes filius, per septem
 integros annos ad nostram familiam pertinuit, ita quidem, vt per
 quatuor annos priores exotericus quasi fuerit, per reliquos vero, bene
 subductis rationibus, in hospitium nostrum totus concesserit. Atque
 per hoc omne spatium cum ingenua morum probitate, diligentiam
 quam refrenandam laudare possumus, ita coniunxit, vt studia sibi et
 prolixam illorum voluntatem semper conciliaverit, qui in formando
 illo et ad optima quaevis effingendo desudarunt. Alter a nobis di-
 scessurus iuuenis est **IVSTVS a Geusau**, Eques Thuringus,
 suo et illustris profapiae, ex qua ortus est, nomine commendandus.
 Lubentes enim hoc loco memoriam AVGVSTI a Geusau, recolimus,
 qui ante hos LXII. annos Paedagogii nostri condendi pri-
 mam occasionem dedit, quod postmodum et plurimum *) ex hoc
 stem-

*) Horum plerique iam vita functi sunt, quorum ex numero,
 praec-

stemmate et GENEROSISSIMI inprimis PARENTIS abeuntis nostri, erectam iuventutem aluit. Atque hic, qui per quinque annos et sex menses nostris institutionibus usus est, eam apud nos vitam vixit, ut nunquam non, quanti sedati animi et ingenuorum morum intemeratum studium faceret, luculenter patefecerit. Ambo hos Iuvenes, qui spem bona quaevis praefagientem de se excitaverunt, per hanc ipsam spem rogatos, monitos et per sua ipsorum commoda obsecratos volumus, ut vita ipsa eam confirmet; ut memores praeceptorum vivant et doctrinarum caelestium aequae ac humanarum, quarum ipsis hic ampla copia facta est; ut tutiores aliis, quae imminet ab aetate et communium temporum conditione discrimina, praetereant; ut cum virtutis denique excelsae et ad omnes res vtili studio, scientiarum culturam fausto felicique successu coniungant, quibus, quod maximum est, in Summi Dei gloriam, Suorum delicias et aliorum emolumenta augeri porro poterunt. Caeterum non prius abibunt a nobis, quam publice gratiam illis mentem, quibus debere se sciunt, declaraverint, *ille quidem si oratione latina quomodo relictus affectuum usus iuvare possit litterarum cultores, hic, quam arcti sint cognitionis humanae limites*, monstraverit gallice. Horum ergo et reliquorum, quos nominabimus, orationes, ut benevole audire, et iuventutis nostrae exercitationibus ut frequentes adesse velint, Fautores et rerum nostrarum Amicos, omni et observantiae et humanitatis reificatione rogamus. Omnes vero nostros Academiae Candidatos dilectissimos, propitiae et paternae summi Numinis curae in hac praefertim calamitosa temporum asperitate ardentissimis precibus iterum iterumque commendamus. P. P. Halae Magdeburgicae in Paedagogio regio. D. XXVI. MART. 1757.

praeter hunc primum Scholae nostrae Alumnium, qui postmodum vsque ad obitum beatum, CELS. Comitum HENRICI XV. RUTHENO-Lobensteiniensis Consiliarius fuit Aulaeque Praefectus, ANTONIVM a Geusau nominamus, illud generosissimae stirpis et Paedagogii nostri rarum decus et eximium ornamentum, qui sequenti tempore in Aula Costriciensi CELS. Comitum HENRICI XXIV. RUTHENI eundem locum tenuit, dignitatisque gradum, ante aliquot vero annos e statione sua ad beatorum religionem transiit.

CONSPECTVS ORATIONVM.



I. CHRISTOPHORVS HENRICVS FRIDE-

RICVS S.R.I. Comes a Solms, *homines ex virtute, non ex fortuna ponderandos esse, docebit oratione latina.*

FRANCISCVS CAROLVS Rischmüller, Westphalus, *verni temporis amoenitates canet, ode anacreontica.*

III. ANDREAS a Salis, Eques Griso, *eos, qui vanae gloriae studia nimium trabuntur, valde errare, probabit verbis germanicis.*

ANTONIVS WILHĒLMVS a Haben, Eques Megalopolitanus, *regia solia non verae tranquillitatis sedes esse, probabit carmine germanico.*

V. LVDOVICVS ERNESTVS S.R.I. Comes a Solms, *de fide hosti quoque servanda, gallice.*

ORATIONES VLTIMAE.

I. ORATIO VALEDICTORIA. I.

II. ORATIO VALEDICTORIA. II.

III. CAROLVS HENRICVS Meuder, Saxo, *si de servitute morali, et*

IV. GEOR-

IV. GEORGIUS WILHELMVS a *Hopfgarten*, Eques
Saxo, de *illigito scientiarum usu*; vterque germanice disputaverit,
ambo Scholam nostram, in cuius Classe Selecta VI. superiores men-
ses laudabili et commendanda diligentia transegerunt, *valere iu-*
bebunt. Quatuor his

IOHANNES FRIDERICVS LVDOVICVS a *Sandwisch*, Eques Saxo,
si prius demonstraverit *sapientiam scientia multum praestare*, fau-
sta quaevis et felicia, communi nomine, ominabitur, germanice

ORDO EXAMINIS

DIE XXIX. MARTII

AE HOR. VIII-XII PRODIBIT

- | | |
|--------------------------|-----------------------------|
| 1. Classis theologica I. | 8. Oratio III. |
| 2. Graeca sup. | 9. Historica I. |
| 3. Latina II. inf. prof. | 10. Oratio IV. |
| 4. Antiquaria I. | 11. Logica. |
| 5. Gallica I. | 12. Oratio V. |
| 6. Oratio I. & II. | 13. Physica experimentalis. |
| 7. Lat. I. prof. | 14. Gratianum actio I. |

AE HOR. II-V.

- | | |
|----------------------------|------------------------|
| 1. Praeparatio histor. II. | 5. Lat. II. sup. prof. |
| 2. Gallica II. supr. | 6. Arithmetica I. |
| 3. Mathematica I. | 7. Orator. II. infer. |
| 4. Geographica II. | 8. Theologica II. sup. |

DIE

DIE XXIX. MARTII

AB HOR. VIII - XII.

- | | |
|--------------------------|---|
| 1. Theologica II. infer. | 9. Selecta theologica, philosophica & oratoria. |
| 2. Latina III. prof. | 10. Oratio valedict. I. |
| 3. Oratoria II. sup. | 11. Oratio valedict. II. |
| 4. Heraldica. | 12. Oratio valedict. III. |
| 5. Lat. II. sup. poet. | 13. Oratio valedict. IV. |
| 6. Mathemat. II. | 14. Gratulatio. |
| 7. Historica II. | 15. Latina I. poet. |
| 8. Oratoria I. | 16. Gratiarum actio II. |

AB HOR. II - IV.


- | | |
|----------------------|------------------------|
| 1. Latina III. poet. | 5. Antiquaria II. |
| 2. Praeparat. Geom. | 6. Orator. III. |
| 3. Geographica I. | 7. Geographia antiqua. |
| 4. Arithmetica. II. | 8. Theologica III. |

GRATIAS AUDITORIBVS AGENT

I. CHRISTIANVS GODOFREDVS Zoppf, Variscus, de *recitationibus veterum*, quaedam praefatus latine.

II. IOHANNES L. B. a Losow, Russus, si pauca, de *variatione multum delectante*, praemisit lingua vernacula.






GRAMMATICA
HISTORICA









PRAEFATIO EDITORIS.

ur præceptiones, typis exscribantur, pedetentim, ut fert occasio,
ones mittentur, donec in his ipsis docendæ veræ religionis cam-
Subnascuntur identidem linguas illas percipiendi opportunitates;
ur, utinam non amplius tam sæpe defint, sed paucorum exem-
usi sunt, plures imitentur! Sunt in his, fuereve, nostra ætate
, Tribbechovius græcæ vulgaris, Schræderus armenicæ, Ruellius
ndlius malaicæ, Bajerus finicæ, & ingenui in littore coromandelino
elici administri, tamulicæ maxime linguæ cultores. Crebrior ta-
occafio, qui in Russia versantur, in Belgio & Anglia: ac optan-
ic plures orientur Pocokii, a Roberto Boylio suscitati, imitato-
ekianorum consiliorum exsecutores; illic viri, heroinæque, in Pe-
l, & barbariei medendi ardorem succedentes. Nec alienum a
um, Londinensium & Hafniensis, atque Petropolitanae academiæ
ur, quod modeste liceat monere, publico sumtu ablegare erectio-
es, qui inter barbaros incultas addiscant linguas. Utinam eadem,
icorum ejus generis institutorum præfecti, proferendis in lucem &
ous, quibus linguarum illarum periti viam eas facilius discendi ster-
que librarii mercatores, in tanta emtorum raritate, vix sine damno
ri, obstetricias adhibendi manus caperent consilium! In nostra
ejusmodi præstare conamur, Indostanicæ Grammaticæ præcepta, a
in India versato, conscripta, liberali ejusdem tamen adjuti symbola,
i. Faxit benignissimus Deus, ut conatus hic inferendæ in Indosta-
nstrumentum, eoque multo ad majus quid aggrediendum excitentur!
XXX. Januar.
XXXXV.

Jo. Henr. Callenberg.